



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 2. Hortus à serpente, non Hesperidum, sed verè defensus; homines ab
aquilis & coruis adiuti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

de gest.
Franc.

Francorum regi, contra Gothos pugnatu-
ro, vadum in flumine Vigena demonstra-
uiffe. Quod etiam S. Itæ è Tokhenburgen-

Fazell.
de reb.
Sic. dec. 2.
l. 9. cap. 6.

fi arce innocenter præcipitate accidit. Nam,
ceruâ præuiâ, aptum solitudini locum in-
uenit. Capitolium olim anser, Casiblim ac-
cipiter, contra hostes, defendit.

§. II.

*Hortus à serpente, non Hesperidum, sed verè
defensus; homines ab aquilis & coruis
adiuti.*

S. Greg.
l. 1. Dial.
cap. 3.

*Fundensis monasterij monachus, cui exco-
lendi hortos cura erat, cernens, in eo lera par-
tim sublata furto, & , reperto aditu, quo fur
ingredi consueuerat, serpenti præcepit, ut illum
custodiret, nec inde nisi iussus discederet. Pro
pudor! Irrationale animal seruo Dei obediuit,
homo damnum irrogare non dubitauit. Fur
ergo peruersus, cum serpentem conspexisset, præ
timore, se retro ferre voluit; & , pede vepribus
implicato, pronus pependit, donec ab ipso olitore
superueniente expeditus fuit. Sic serpens, qui
in primo horto hominem fecit nocentem,
in hoc horto, innocentis excubitor fuit; &
qui olim furtum pomi suasit, nunc obstitit,*

Plin. l. 10.
cap. 5.

*vt homo neque olusculum posset furari. E-
ducata à Virgine, apud Seston urbem, Aquila
remitis*

retulit gratiam, aues primò, mox deinde venatus aggerens. Quin, dum mortua Virginis cremarentur ossa, in defuncta rogam se coniecit volucris, simulq; conflagrauit. Aquila hæc, beneficij memor, gratam se exhibuit; alia nullo beneficio obligata, idē beneficium sponte præstitit Pyrrho Epirotarum regi; & idem alia Ptolomæo Soteri Arsinoës filio. Ast alia (Xiphilino, Suetonio, & Dione testibus) Octauio Augusto, cum puer adhuc ruri, quarto ab vrbe lapide, via Campana educaretur, in nemore prandenti, ex improviso de manibus panem rapuit, moxque altissimè euolauit, quæ paulò post leniter delapsa ex improviso eundem ei reddidit. Quod non solùm, cum Imperij portento, ei accidit, sed etiam vt constaret, eadem animalia cibum auferre, & offerre posse. S. Me-
 dardum adhuc puerum pecora pascentem à pluuijs, Iosephum Anchietam à Solibus, expassis alis, aquila defendit. Atq; vt rursus à nostris, ad Ethnicorum mira regrediamur, Zonaras, Anno, ante Christum 346. tempore Alexandri M. pueri nouem annorum, narrat, Gallis Italiam populantibus, Romanisque resistentibus, Gallum processisse magnitudine atque armis insignem: qui

Sur. tom.
3. in vita
eius.

qui quatiens scutum hastâ, cum silentium fecisset, prouocauit, per interpretem, vnum ex Romanis, qui secum ferro decerneret. Ibi M. Valerius, Tribunus militum, adolescens; prius sciscitatus consulis sui (L. Furij Camilli, M F.) voluntatem, in medium armatus processit. Ei repentè coruus in galea confedit, in hostem versus: qui non solum tenuit semel captam sedem: sed quotiescunque certamen initum est, leuans fealis, os oculósque hostis rostro & unguibus appetijt; donec territum prodigij talis visu, oculisq; simul ac mente turbatum Valerius obtruncavit. Ales è conspectu elata, orientem petijt. Inde, victis Gallis, laudatus Tribunus, & decem bobus aureaque à Consule coronâ donatus *Coruini* cognomen accepit.

§. III.

Niuis inclusum, mirabili magisterio, docent serpentes nutrimentum querere.

Ioan. Fischer. l. 4.
contra
Occolampad.
c. 22.

Quia luculentum est diuinæ prouidentie ac bonitatis, in alia historia, exemplum, neque fortasse in omnes notum, aut non ita credibile indoctis, auctores, & aliam historiam verbis non meis dabo, quam, ex Ioannis Fiseheri Roffensis Episcopi opere, quod Anno 1526. aduersus *Occolampadium* edit